



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5. Vtrum fuerit scientia habitualis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

phantasmatum eleuare, & dicere, licet actualiter discursu aut phantasmate ut sit accidentale scientia in se, tamen scientia infusa anime Christi ex hoc ipso, quod apta nata est compati in suo usu discursum ac phantasmata, manifestatur a posteriori essentialiter consequente, inferior scia angelica, qua nec discursum, nec phantasma patitur, suo admisceri uisum. Et quod Auctor ab essentiali proprietate in 3. articulo manifestata, declarauit intentum hic, a notioribus tradens doctrinam referuans proprio loco essentialis differentiam de particularitate specierum.

Circa doctrinam predictam cent duo dubia ex Sco. in 3. sent. dist. 1. q. 4. Alterum de perfectione seu nobilitate specierum infusarum anime Christi, scilicet quoniam Auctor ad sextum hoc differt articulum, in deo illic tractandum referretur. Alterum de actuali ac intuitiua cognitionis perfectione, quam anima Christi habuit in proprio genere, quod hic tractandum est. Tenet siquidem, quod anima Christi imperfectius quocumque angelo intuitiue cognouerit in proprio genere quicquid in ueri utriusque datum est. Et ratio sua est, quia obiectum idem respectu utriusque, & intellectus anime Christi est imperfectior, quam intellectus angeli. Reprimé de uox, potens os in celum: sed quia ex errore in principio procedit, excusanda tenet: prouenit enim hic error ex illo falso principio, Notitia intuitiua in proprio genere non est per speciem, & rursum, ad huiusmodi notitiam concurrat solus intellectus cum obiecto. Primum enim iam ex dictis patet esse falsum, secundum uero ex requisito lumine infuso ad cognitionem supernaturalem rerum in proprio genere, arguitur falsitatis. Et potes tu ex hoc lapsu arguere principia hec esse falsa, ut pote deducenda ad infandam de Christi anime sententiam: est namque secundum gratuita dona anime intellectiue non minoratus ab angelis, sed super omnes angelos sublimatus, cum non nisi paulominus, hoc est, secundum corporis passionem, ut exponit Apostolus ad Heb. 3. fuerit minoratus ab angelis. Cognoscit ergo anima Christi tam abstrahitue, quam intuitiue per infusas species in proprio genere res longe perfectius, quicunque angeli, & hoc excellentiori lumine gratuito sibi collato, quam sit lumen naturale angelorum, ut in littera dicitur.

ARTICVLVS V.

Utrum haec scientia fuerit habitualis.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerit habitualis scientia. Dicitur enim, quod animam Christi deicit maxima perfectio scientie: sed maior est perfectio scientia existentis in actu, quam existentis in potentia uel habitu. ergo conueniens fuisse uideretur, quod omnia sciret in actu: non ergo habuit habituales scientias.

¶ 2 Præ. Cum habitus ordinetur ad actum, frustra uidetur esse habitualis scientia, que nunquam in actu reducitur. Cum autem Christus scierit omnia, sicut iam dictum est, non potuisset actu omnia illa considerare, unum post aliud cogi-

anima Christi fuit habitualis. Probatur, Modus scientie indite anime Christi fuit conueniens subiecto recipienti, ergo scientia indita anime Christi fuit habitualis. Antecedens probatur: quia receptum est in recipiente per modum recipientis. Consequenter uero probatur: quia modus connaturalis anime humane est, ut recipiat scientiam per modum habitus. Probatur hoc. Modus connaturalis anime humane est, ut quandoque sit intelligens actu & quandoque in potentia. ergo modus connaturalis eiusdem est, ut quandoque sit in habitu, quia medium inter puram potentiam, & actum compleum est habitus, & medium est eiusdem generis cum extremis, hoc est si extrema sunt naturalia, medium est connaturale: hoc enim ad idempitatem generis spectat quia penes unitatem subiecti communis extremis & medio attenditur genus. Et sicut est naturalis uia inter extrema per medium, ita oportet esse connaturalem uiam per medium in illo, cui utrumque extremum est uicinius connaturale, alioquin transiit de connaturali extremo ad aliud connaturale extremum, non esset connaturalis, aut sine medio, extremis non habentibus medium, quorum utrumque a nature ordine exorbitat.

tando, quia infinita non est enumerando pertransire. Frustra igitur fuisset in eo, quorundam scientia habitualis, quod est inconueniens. Habuit ergo actualem scientiam omnium, quæ sciuit, & non habituales.

¶ 3 Præ. Scientia habitualis est quedam perfectio scientie: perfectio autem est nobilior perfectibili. Si igitur in anima Christi fuisset aliquis habitus scientie creatæ, sequeretur quod aliquid creatum esset nobilius, quam anima Christi. non igitur in anima Christi fuit habitualis.

SED CONTRA, Scientia Christi de qua nunc loquimur, uniuoca fuit scientie nostre: sicut & anima eius fuit unius speciei cum anima nostra: sed scientia nostra est in genere habitus, ergo & scientia Christi fuit habitualis.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, \* modus huius scientie indite anime Christi fuit conueniens ipsi subiecto recipienti: nam receptum est in recipiente per modum recipientis. Est autem hic modus connaturalis anime humane, ut quandoque sit intelligens actu, quandoque in potentia: medium autem inter puram potentiam & actum compleum, est habitus: eiusdem autem generis est medium & extrema: & sic patet quod modus connaturalis anime humane est, ut recipiat scientiam per modum habitus: & ideo dicendum est, quod scientia indita anime Christi fuit habitualis, & poterat ea uti, quando uolebat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in anima Christi fuit duplex cognitio, & utraque suo modo perfectissima. Vna quidem excedens modum nature humane, quia scilicet uidit Dei essentiam, & alia in

parem: scientia autem ipsius infusa dicitur perfectissima, non simpliciter, quia neutro modo est perfectissima, sed in genere, hoc est genere cognitionis rerum in proprio genere. In hoc siquidem genere est perfectissima, & negatiue, quia nulla scientia in proprio genere inuenitur perfectior illa, quæ data est anime Christi: & positue, quia ipsa est perfectior qualibet alia scientia in proprio genere inuenta, tam in hominibus, quam in angelis.

¶ In responsione ad secundum nota primo, quod cum multipliciter potuisset argumento secundo satisfieri, puta ex parte ipsius habitus, dicendo quod licet non possit tali modo, hoc est numerando unum post aliud exire in actum cognitionis infinitorum, quæ habitualiter nouit, potest tamen exire in actum cognitionis eorundem alio modo, scilicet simul cognoscendo actum quæcumque per unam speciem representatur, ita quod cognitio sit successiua quod ad numerum specierum intelligibilium, quæ sunt finitæ, & non quod ad numerum per illas cognitorum, quæ sunt infinita. Nec exigit habitus, sicut Thomæ. H 2 bitualis

Ar. præced.

Super questionis undecima articulum quintum

Titulus clarus est. In corpore articuli unica est conclusio. Scientia indita

habitualis cognitio infinitorum, ut possit exire in actum tali modo, scilicet numerando cognita unum post aliud: quoniam non sic est in potentia et actum consummandum, sed ad actus inconsumabiles. Maluit tamen Auctor alia via foluere, hoc est ex parte uoluntatis, quae est reductiua habitus de oio in operationem, &

docere, quod quia uoluntas indeterminata se habet ad infinita, ad hoc deseruit infinitas habitua liter cognitorum, ut uoluntas ad quodcumque infinitorum maluerit habitu utatur, quod non esset in potestate sua, si habitualis cognitio ad infinita se non extenderet. Quo fit, ut non frustra sit infinitas cognitorum habitualiter, licet non omnia actualiter in usu cognitionis ueniant, quia ad hoc est necessaria, ut ad quodcumque maluerit applicari possit habitus pro loco, tempore, negotio, fine, & humilmodi.

¶ Super quaestione prima articulum sexium.

**T**itulus clarus est. De scientia si quidem infusa quaeritur, an sit infusa Christo in unica specie seu habitu, an in diuersis. Et rō duobus, excellentia magna talis scientia infusa anime Christi.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsitio. Scientia indita anime Christi fuit distincta secundum diuersos habitus. Probatur. Habitus scientia diuersificatur in nobis ex diuersitate generis scibilis, sed respectu scientia indita anime Christi inueniuntur diuersitas generis scibilis. ergo scientia indita anime Christi distinguitur in diuersos habitus. Maior probatur ex i. Polit. Minor quæ non nisi implicite ex litera habetur, hoc est in sua probatione, probatur in litera sic. Connaturale est anime humane, ut recipiat species in minori uniuersalitate, quam angeli, ita scilicet quod diuersas naturas specificas per diuersas species intelligibiles cognoscat. Sed scientia indita anime Christi habuit modum connaturalem anime humane. ergo scientia indita anime Christi est distincta per species intelligibiles secundum diuersitatem naturarum specificarum. Hoc autem nihil aliud est, quam scientiam talem respicere diuersa genera scibilia: nam si diuersificatur secundum diuersas naturas specificas, multo magis distinguitur secundum diuersa genera scibilia, cum minor sit distinctio per genera scibilia, quam per specificas naturas: quoniam sub uno genere scibilibus comprehenduntur multe naturae specificae, ut patet ex supra dictis.

¶ Et scito, quod cum hic dicitur species intelligibiles oportere diuersificari secundum diuersas naturas specificas, intelligendum est de naturis proprie, hoc est substantiis, nam per unam & eandem speciem infusam intelligit anima Christi substantiam & proprietates accidentiaque eius. Rursus, non ita intelligas species intelligibiles infusas dearticulati ad naturas specificas, ut præcise representent eas & non principia indiuiduantia, ut faciunt species intelligibiles abstractæ a phantasmatibus, & qua-

ipsa, & hæc fuit perfectissima simpliciter, & talis cognitio non fuit habitualis, sed actualis respectu omnium, quæ hoc modo cognouit. Alia autem cognitio fuit in Christo, secundum modum proportionatum humane nature, prout scilicet cognouit res per species sibi diuinitus inditas, de qua cognitione nunc loquimur. Et hæc cognitio non fuit simpliciter perfectissima: sed perfectissima in genere humane cognitionis: unde non oportuit, quod esset semper in actu.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod habitus reducitur in actum ad imperium uoluntatis: nam habitus est quo quis agit, cum uoluerit. Voluntas autem indeterminate se hæt ad infinita. Nec tamen hoc est frustra, licet non in omnia actualiter tendat, dummodo tendat actualiter in id, quod conuenit loco & tempori; & ideo etiã habitus non est frustra, licet non omnia reducatur in actum, quæ habitui subiacent, dummodo reducatur in actum id, quod congruit ad debitum finem uoluntatis, secundum exigentiam negotiationum & temporis.

**A**D TERTIUM dicendum, quod bonum, sicut & ens, dupliciter dicitur. Vno modo simpliciter, & sic bonum & ens dicitur substantia, quæ in suo esse & sua bonitate subsistit. Alio modo dicitur ens & bonum secundum quid, & hoc modo dicitur ens & bonum accidens: & non quia ipsum habeat esse & bonitatem, sed quia eius subiectum

les fuerunt species infusæ primo homini: quoniam species infusæ anime Christi, sunt non per accidens: sed ex suo genere infusæ, & ita ad naturas substantiarum specificas arctantur. ut simul indiuidua earum ostendantur distincte, alioquin aut non nouisset hæc scientia omnia, aut infinite species ponerentur, quorum utrumque esse falsum monstratum est.

est ens & bonum. Sic igitur scientia habitualis non est simpliciter melior, aut dignior, quam anima Christi, sed secundum quid, cum tota bonitas habitualis scientia cedat in bonitatem subiecti.

ARTICVLVS VI.

**V**trum hæc scientia fuerit distincta per diuersos habitus.

**A**D SEXTUM sic proceditur. Videtur quod in anima Christi non fuerit nisi unus habitus scientia. Quanto enim scientia est perfectior, tãto est magis unita: unde & angeli superiores per formas magis uniuersales cognoscunt, ut in prima parte dictum est: \* sed scientia Christi fuit perfectissima. ergo fuit maxime una. Non ergo fuit distincta per plures habitus.

**¶** 2. Præterea: Fides nostra deriuatur a scientia Christi: unde dicitur Hebr. 12. Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum: sed vnus est habitus fidei de omnibus credibilibus, ut in 2. parte dictum est. \* ergo multo magis in Christo non fuit nisi unus habitus scientia.

**¶** 3. Præterea: Scientia distinguitur secundum diuersas rationes scibilibus: sed anima Christi omnia sciuit secundum unam rationem, scilicet secundum lumen diuinitus infusum. ergo in Christo fuit tantum vnus habitus scientia.

**S**ED CONTRA est, quod Zach. 3. dicitur, quod super lapidem vnũ, id est, Christum sũt septem oculi:

naturalem anime humane, scientiam autem infusam modificari ponitur in litera ad naturalem modum anime humane, & ideo species eius intelligibiles esse minus uniuersales, ac per hoc minus perfectas, quam species angelorum: respondendum est ex responsione ad primum in ar. præced. quod uisio beata & hmoi, sunt de ordine connaturalium soli diuina nature, ac per hoc superexcedentium modum cuiuscumque nature create. Et propterea non articulantur aut modificantur ex modo naturali anime uel angeli. Scientia autem infusa est de ordine connaturalium creaturis scilicet angelis, & animabus nostris in statu separationis, ac per hoc est de ordine proportionatorum modo humane nature, & propterea merito ponitur ipsam modificari & de articulatione, iuxta connaturalem modum humane nature, ac per hoc, ut in litera dicitur, ponitur species ipsius esse minus uniuersales & imperfectiores, quam sint species angelicæ. Cum qua tamen imperfectione specierum itat, quod scientia infusa anime Christi, quoad euidẽtiam, certitudinem, multitudinemque cognitorum sit perfectior scientia angelica, per excellentiam luminis, ut prædictum est. ¶ In responsione ad tertium eiusdem art. 6. nota, quod sicut Aristoteles posuit, ad intellectionem nostram concurrere tria, scilicet subiectum in sua specie intelligibili, & intellectum possibilem elicientem intellectionem, & lumen intellectus agentis, quo clarescunt immediate principia, & illis mediantibus reliqua. Concurrere enim intellectum agentem non solum ad generationem specierum